Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et quidem, etiamsi concederetur negatiuam sen-
tentiam hoc casu melioribus rationibus sub-
nixam esse, nihilominus tamen contraria ob
istam Judicij Cameralis obseruationem am-
plectanda foret, per supra dicta & imprimis
text: l. 39. §. si stichum ff. de liber: sta-
tu: vbi in hæc uerba scribitur, Labeonis &
Ofilij sententia rationem habet, sed hoc Jure
vtimur.

Huc etiam pertinet quod Richard: ad Baptist:
a Villalob: Vers: pacto de Retroueniendo. In
communibus opinionibus scripsit similem
scilicet Doctorum opinionibus contrarijs in-
licatam quæstionem apud nos Germanos
propter Cameræ Imperialis obseruationem
in Imperio demceps sopitam fore &c.

Et quidem affirmantium sententia eò facilius
etiam amplectenda fuerit, quod non solum
communior sit, ut ex numero supra citatorum
DD. & qui apud eos allegantur plurium alio-
rum colligitur: Sed etiam rationibus, qua-
rum mentionem fecimus, subnixa sit. Cum
enim constitutio feudalis foeminas excludens,
contra Jus commune (: ad naturam ipsam
eiusq; summam æquitatem accommodatum:)
sit introducta, merito strictissime in casu

tantum